FRECHULFUS LEXOVIENSIS. HRABANUS MAURUS
Mitte 12. Jh.
Seite 93v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36534
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

quos aperuit ysaac sic uocauit eos sicut & pater eius. in qua moysesq;
apud nos etiam moyses appellat. & ypheti. uniqsq; suo nomine
appellauit. Hec mutauit quasi eorundem uocabula puteorum. Hec
mystice. moraliter autem ysaac apud alienam gentem puteos fodisse
describitur. Quo uidelicet exemplo discimus. ut in hac peregrinatio
nis erumna positi. cogitationum nostrarum. profunda penetremus. &
quousq; nobis uerum intelligentiae aqua respondeat. nequaquam ter
mquisitionis manus ad exhauriendam cordis terram torpescat. Quos
tamen puteos allophili insidiantes replent. quia mundi immundi
spiritus. cum nos studiose fodere cespitem. cecitas nobis temptationum
cogitationes erigunt. GG. Sere cum loquuntur sacerdotes intendimus.
malignorum spirituum insidias grauius toleramus. quia mentem terre
terrenarum cogitationum puluere aspergunt. ut intentionis nostre
oculos aliquem uitiorum uisionis obscurent. Quod etiam ysaac operte
& allophilorum prauitate cognoscimus designari. qui puteos quos
ysaac foderat. terre egerie replebant. Hos cum nos mundi puteos
fodimus. cum scripturae abditis sensibus alta penetramus. Quos
tamen occulte replent allophili. quando nobis ad alta tendentibus
immundi spiritus terrenas cogitationes ingerunt. & quasi in
uentam diuinae scientiae aquam tollunt. Qd mundi psalmista pe
tierat. cum dicebat. Declina ante me malignum. & seruabor mandata
dei mei. uidelicet patenter insinuans. quia mandata dei per
seruari non poterat. cum malignorum spiritum insidias in mente
tolerabat. Ascendit autem ex illo loco in bersabee. ubi apparuit
ei dnus in ipsa nocte dicens. Ego sum ds abrahae patris tui. noli timere.
quia tecum sum. Benedicam tibi. & multiplicabo semen tuum.
propter seruum meum abraham. Itaq; edificauit ibi altare. & inuocato
nomine dni. extendit tabernaculum. Precepitq; seruis suis. ut
foderent puteum. Ad quem locum cum uenissent de gerar. abimelech.
& ocholzat amicus illius. & phichol dux militum. & cetera. cui
HIER. Pro ocholzat pnubo. in hebreo habet collegium amicorum